



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118030

§. 36. S. Francisci Doctrina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

Sæcul. XIII. re, quam operetur, & arborem ex fru.
A.C. 1220. cibus cognoscendam esse.

§. XXXVI.

S. Francisci Doctrina.

Sanctus Franciscus interrogatus, an ipsi probaretur, quod viri literati, in ordinem recepti, Sacrae Scripturæ operandarent, probatur, respondit, si modo uocare orationi non omittant, & imiteretur Iesum Christum, quem sèpius orasse quam legisse scimus. Si non idem S. Scripturam volvant, ut discant, quid dicere debeant, sed ut id, quod didicirunt, & ipsi operentur, & deinde etiam ab aliis perfici curent. Dicebat præterea: Nolo, ut Fratres mei in scientia & libris exercitentur, sed ut fundamento sanctæ humilitatis, simplicitatis orationis, & Magistræ nostræ paupertatis nitantur. Aliqui Fratres, alios docendi munus obtendentes, has virtutes negligent; indeque fiet, ut frustra instructi S. Scripturæ scientia, per quam lumine, devotione, & Dei amore impleri sua opinione debuissent, intus frigidi & vacui maneant. Ita ad primæ suæ vocationis Institutum revocari non poterunt, postquam tempus vivendi secundum Regulam vano & falso studio amiserint. Rursus dicere solebat: Quidam Fratres omne suum tempus ad acquirendam

Collat. 15.
opus. to. 3.

Collat. 16.

rendam scientiam impendunt, atque in- Sæcul. XIII.
militatis obliviscuntur & ab oratione C. 1220.
cessint. Postquam prædicarunt, si sciant,
Auditorum suorum non nullos pie fuisse
commotis, successu superbunt & in-
fantur, ignari, Deum banc gratiam pre-
cibus & lacrymis aliorum Fratrum
pauperum, humilium, & simplicium, tam-
si id ipsis non noverint, concessisse.

Quadam die S. Franciscus cum Fra-
tre Leone commens, cum de vero &
sincero virorum Religiosorum gaudio
confabularentur, & quid sentiret Leo
exposuisset, dixit: *Etiamsi Fratres Mi-* Opusc. to. I.
nores exemplum virtutis & probitatis p. 93.
per totum terrarum orbem spargerent, Vading. an.
neutquam tamen in eo perfectum gau- 1221. n. 31.
dium situm est. Quamvis Dæmones e-
jicerent, surdos, cæcosque sanarent, &
mortuos excitarent. Quamvis eis datum
esset donum omnium linguarum & scien-
tiarum, quamvis gratiam Prophetiæ
acepissent, & uniuscujusque conscientiæ
arcana cognoscerent. Quamvis tanta
valerent eloquentiæ vi, ut omnes Infi-
deles converterent, necdum tamen illud,
ex quo perfectum gaudium proficiscitur,
assecuri dici possent. Sed ponamus, nos
ambos a via ad Portiunculam redire, ri-
gentes frigore, pluviis madefactos, lu-
tos, ita famelicos, ut prope emoriamur,
& fores pulsare, ostiarium autem ira

Nn 3 asperum

Sæcul. XIII. asperum venire & quærere: Qui es
A.C. 1220. vos? Nos respondere: Duo ex Fratribus
 vestris sumus, & ipsum reponere: De
 perdita fæce hominum estis, qui, per
 item vagantes, eleemosynas pauperibus de-
 stinatas furamini, tumque clauso osti-
 nos nivibus, vento, imbribus expositi
 relinquere. Si repulsam imperturbatis
 animo perforimus, & in querelas non
 fundimur, si in sensu humilitatis &
 caritatis cogitamus, ostiarium bunc in-
 terna nostra penitus cognoscere, eumque
 Deo sic jubente talia ad nos dixisti,
 scias, in ista patientia veram viri Reli-
 giosi lætitiam esse constitutam.

Ponamus amplius; nos ostium mona-
 sterii iterato contingere, eumdemque o-
 stiarium contra importunos erumpentes
 & colaphis robuste impactis dicere: Iu-
 nequissimi furciferi, ite ad publicum No-
 socomium. Qui estis vos? Dixi, bo-
 die in domo nostra non cœnabitis. Nos
 quidem hæc patienter tolerare, & tota-
 mente ac sincera caritate ei ignoscere.
 Sed fame, frigore, & incumbente nocte
 pressos tertio ad januam strepitum ex-
 citare, clamare, & cum fletu rogare,
 ut aperiatur. Ipsum vero multo acris
 accensum dicere: Vab homines supra &
 mncm modum importunos & insolentes!
 sed faxo, ut taceant. Tum eum exi-
 re nodoso fusile armatum, nos apprebenso-

cucu

cucullo tenere, in terram, lutum & nives Sæcul. XIII.
dejicere, & totum corpus verberibus tun- A.C. 1220.
dere. Si hæc omnia lætantes patimur,
& memores, nostrum esse opprobria &
arumnas JESU Christi sustinere, disce
Frater, in his adversis perfectam in-
veniri lætitiam. Denique omnium Do-
norum Spiritus Sancti præcipuum est, se
ipsum vincere, atque lubenti animo i-
gnominiosa ex amore Dei pati. Huc
usque S. Franciscus.

§. XXXVII.

Penitentia Interfectorum Episcopi Aniciensis.

Superiore anno exeunte Robertum *Gall. Chron.*
Meunium Episcopum Aniciensem par-*to. 3. p. 916.*
ticidio sustulerat vir quidam Equestris,
nomine Bertrandus de Cares, quem E-
piscopus ob damna Ecclesiæ illata ex-
communicaverat. Hunc Antistitem, *G. Nang.*
licet Natalibus clarum, multo illustrio-*an. 1220.*
rem reddiderant virtutes, præsertim a-*Chro. Antiff.*
mor puritatis, quam tota vita custodi-*eod.*
vit, eti præstantem corporis speciem a
natura accepisset. Interfactus est vero
vigesima prima Decembris, anno mille-
simo ducentesimo decimo nono, & po-
pulus indignans pastoris sui necem, ac
in latronis propinquos furens, eorum
arcas munitas solo æquavit. At Ber-
trandus,

Nn 4